Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Collectanea Wirtembergensia, lat.-dt. - Cod. Güntersthal 11

Rüttel, Andreas
Rüttel, Andreas

[Stuttgart u.a.], [1550-1575]

Josephus a pinu, eteosticha

urn:nbn:de:bsz:31-162504

Visual Library

ΕΤΕΟΣΤΙΧΑ

Ducum aliquot Wirtembergensium
Ortus et obitus continentia.

Christophori D. Wirtembergensis.
Annus nativitatis M.D.XV.

DVX fatVs est, VoLVCris gestat qVI CornVa CerVI,
SoLIs eqVos Vt Bos PLeIaDe saeVe tenes.

Annus obitus Huldrichi
D. Wirtembergensis. M.D.L.

LIbra DIeI noCtIsqVe aeqVas Vt feCerat horas,
VLrICVs proprIa DVX neCe raptVs erat.

Annus natalis Ludovici D.
Wirtemb. Christophori D. filij
.M.D.LIIII.

DVLCIS ab uxore genitali tempore Christi.
Per quam Caelorum libera facta via est,
Iam nonas Iunij messes et mille peractae
Secula post anni quinque fluentis erant:
Sueviacis traxit princeps Ludovicus ut auras,
Qui volucris cervi cornua bina gerit.

Maximiliani D. Wirtemb. Chro:
filij M.D.LVI.

Fecerat annorum Sol secula quinque novemque
Post tandem à nato lustra peracta DEO.

Solstitia et vicies tria, dempsis quatuor annis
Sub gelido iterat sydere Bruma Capri
Maximus est Suevis Dux Aemilianus ut orbis,
Qui duo cum gemino Cornua pisce tenet.

Annus obitus Christophori
D. Wirtembergensis. MD.LXX.

Annos quot durat Phoebique via volucris
Igne furens sese quam reparare suo
Concedunt annos quot vivere fata volucri,
Bellarumque odio quam Dea Pallas habet,
Cyclops quot socios in viscera mersit Ulyssis
Quot Pilio indulsit stamina Parca seni
Solstitia efficit tot Bruma sub aequoris hirco
Agenito salvos nos faciente DEO
Sueviacae subijt fatum moderator in orae,
Qui, quod habet, Christi nomine, nomen tr.

Annus quo initia prima sunt
Academiae Tubingensis. MCCCC.
.LXXVII.

Aula Tubingae sum clara locata Minervae,
Altisoni in Capro est quae generata patris.

Annus nativitatis Ioan.
Brentij. MCCCC. XCIX.

Exit ut aurias in lucis Brentius oras,
Per Cancri impegit viscera Phoebus equ

D. Iacobi Andreae.
.M.D.XXVI.

Millia quod manib[us] dure sub Gedeone perempta
Iaduerum cantum tu faciare virum
Legifer in sacro quod Codice prodidit annos
Fatiſse in tenebris vivere fata Tharam,
Quod Iuvenes pii Alipotens ſariamit in igni
Spernentes Regis turpia sacra sui,
Alitum quod Caelestum de genere Ministros
Excipit hospitio prole beatus senex,
Horis quod factam nigro sol rexit amictu,
Vera Dei proles cum tabe fixa fuit,
Ostentent quod Pyramidum monumenta vetustas
Concretas quod tu frigore terra plagas,
Esse quod in summa fingimus sede sorores
Assiduo quorum colla gravantur aqua,
Immotum circum verruntur monstra quod axem,
Merguntur tingunq[ue] quae sub Atlantis aquas,
Astra Deum quod dicuntur nocturna, quod annos
Pubescens proprio funere vivit avis,
Incertis quod Euripus defluit undis,
Orbem cum tenebris nox taciturna tegit
Fadi quod Tyrii sinari per ingrata terrae
Rumori vulcanum sanna corda ferunt
Quod cum fratre pio felix Concordia, Castor
Phryxeaque Helles portitor astra tenent,

Ignarus est vigor obliqui quot tramitis astris
Sydera quot varium mota volumen agunt,
Cum sociis Ithaca proceres quot Thessala ponto
Vexit ad Aeae Colchica regna ratis,
Quot turpes laqueo Icarides periere ministra
Urbes olim habuit quot Jove Creta potens,
Quot urb. circum Troianos Hectora muros
Argolica traxit marte creatus, equis,
A Crebri unius carminum vincla quot arg.
Euxinos Grai quae prohibere solent,
Distat quot stadijs Jericho Bethabora, urina
Pignora Coniugij quot peperere sobo.,
Sanus a genita promissa prole puellae
Annos tot vixit Phoebus in orbe novos
Tempora ter noctis bis facit et aequa diurnis
Colchica venalis temporis auctor, ovis
Ut sanis Andreae nomen sortire Jacobe,
Qui calamo nascas frivola regna Papae.

Iosephus à Pinu.

Scripta in gratiam Magnificorum et Sapientiss.
Virorum nobilitate generis, virtute, eruditione
et dignitate praestantium D. Legatorum Illustriss.
et Literarum Sincerae que de Deo doctrinae amantiss.
Principis ac D.D. Ludovici Ducis Wirtembergici etc.

.M.D. LXX.